

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas e  
cum fonte primo

Qui paupertate contentus est non est contentus iniuria,  
et qui potest ferre uerberum penas exagitur uerbo contumelie,  
et qui potest administrationes contempnere,  
dolet sibi aliquem honorificencia esse prelatum.  
Grande est in omnibus tenere humilitatis mensuras.

Ambrosius super Psalmos.

et qui paupertate contentus est non est contentus iniuria  
et qui potest ferre uerberum poenas exagitur uerborum contumeliis  
et qui potest administrationes contempnere  
dolet sibi aliquem honorificentia esse prelatum.  
grande est in omnibus humilitatis tenere mensuram.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 14.20.2 (CSEL 62,  
M. Petschenig ed., p.311, ll.2-6).